

CAPUT SECUNDUM

DE ENUNTIATIONE

ARTICULUS 1.

De enuntiationis natura eiusque partibus.

103. **Quid oratio universe quibusque partibus coalescat.** — Oratio generatim nihil aliud est, nisi complexus quidam vocabulorum aliquam animi sententiam referens. Potest prouide esse perfecta et imperfecta, prout perfectum sensum gignit in audiiente, vel illum suspensum relinquit et aliud expectantem. Exemplum perfectae orationis erit, *Deus est aeternus, Fatus Deus: imperfectae vero Tullius dum consul esset, et omnes termini complexi.* Relicta orationis imperfecta, de qua nihil hic addendum est, cum fere nihil differat a termino, orationis perfectae duae sunt partes potissimae *nomen* videlicet et *verbum*, sub nomine comprehendendo pronomen, et sub verbo particiium. Alia enim, ut observat S. Thomas, "sunt magis colligationes partium orationis significantes habitudinem unius ad aliam, quam orationis partes; sicut clavi et alia huiusmodi non sunt partes navis sed partium navis coniunctiones.", (1. *Peripher. lect. 1.*)

104. **Definitio nominis.** — Est autem ex mente Philosophi (1. *Peripher. c. 2.*) *Vox ex instituto significans sine tempore cuius nulla pars significat separata, queque adiuncta verbo est vel non est verum aut falsum significat.* In hac definitione adhibetur *vox* loco generis, ceterae vero particulae secerunt nomen a vocibus, quae non sunt nomina. Ut enim apposite hoc loco ait Sylvester Maurus,

"entia artificialia constare solent ex materia, quam habent a natura, et ex forma, quam habent ab arte: ex gr. navis constat, tamquam ex materia, ex lignis a natura factis, et tamquam ex forma, ex figura et dispositione lignorum superaddita ab arte. Idecirco quando artificialia definitur, secundum regulam Aristotelis (8. *Metaph. text. 6.*) ponit debet, tamquam genus, materia, quam habent a natura, et tamquam differentia, forma quam habent ab arte: ex gr. scannum definitus *lignum sic factum et figuratum ut sit aptum ad sedendum.* Cum igitur nomen sit ens artificiale, in eius definitione ponit debet tamquam genus *vox*, quae est materia, quam nomen habet a natura, et tamquam differentia significatio, quae est forma vocibus superaddita ab arte et institutione humana." (*Summul. c. 3.*)

Dicitur porro 1. *Vox ex instituto significans*, ut nomen distinguitur tum a vocibus, quae nihil significant, tum ab illis, quae significant quidem, sed naturaliter, ut sunt genitus infirmorum et voces brutorum animalium.

Dicitur 2. *Sine tempore*, atque ita nomen seceritur a verbo. Hic vero animadverte, aliud esse significare tempus, quod nominibus quoque convenire potest, ex gr. *annus, dies, coena;* aliud vero significare *cum tempore*, quod solius verbi est. Porro significare cum tempore perinde est, ac significare aliquid, ut exercitum seu mensuratum aliqua differentia temporis, praesentis videlicet aut praeteriti vel futuri.

Dicitur 3. *Cuius nulla pars significat separata, secus ac oratio.* Hoc vero intelligendum est, ut exposuimus agentes de termino complexo et incompleto, sic videlicet ut partes nominis non retineant seorsum eamdem significacionem, quam habent in toto. Hinc *dominus* non desinit esse nomen, licet eius partes, h. e. *do minus*, aliud aliud significant separatae. Haec particula etiam secerunt *nomen* a terminis infinitis ex gr. *non homo*, quae simpliciter nomina dicenda non sunt, cum nihil determinati indicent, et indiferenter se habeant ad ens et non ens.

Dicitur 4. *Queque adiuncta verbo est et non est verum aut falsum significat*, ut nomen separetur ab adverbis

aliisque orationis partibus, quae non sunt nomina. Quoniam vero id absolute non convenit nisi soli substantivo in casu recto, hinc casus obliqui et etiam adiectiva adiective accepta, in consideratione logica, non dicuntur nomina simpliciter et absolute, sed dependenter a casu recto nominis substantivi.

105. In quo reposita sit natura verbi. — Etsi verbi definitio tradita ab Aristotele (1. *Periher. c. 3.*) a pluribus oppugnatur, nulla tamen melior ei sufficere est, quae ipsius naturam aptius et subtilius declarat. Est itaque verbum *Vox simplex ex instituto significans aliiquid prout tempore mensuratur et de altero praedicatur*. Quatenus dicunt esse *vox simplex ex instituto significans*, exprimitur in quo verbum cum nomine conveniat et ab oratione distinguatur. *Simplex* porro in praesenti accipitur, prout ibidem Philosophus exponit, *cuius nulla pars significat separata*, quod supra declaravimus. Aliae vero duae particulae, quae adiungunt, tum secerunt verbum a nomine, tum eius proprium munus aptissime et subtiliter declarant. Quod ut intelligas, haec animadverteris. Cum intellectus noster successively perficiatur in cognoscendo, hinc uno intuitu non cognoscimus omnia, quae enique rei insunt, sed primo rem confuso aliquo conceptu apprehendimus, ac dein perdetinemus et per gradus veluti quosdam ipsius rei notas ac proprietates singulatim distinguimus. Cum vero hoc accidit, id quod secundo de re intelligimus, quasi *innascitur seu addenit* eidem, prout confuso modo primitus subsistere incipit in mente nostra. Porro ad rei proprietates seu attributa hoc modo concepta exprimum *verbo* adhibemus, dum contra *nomen*, quod est altera orationis pars, imponitur ad designandum subiectum, cui proprietas innasci seu advenire intelligitur. Hinc verba dicuntur significare *per modum actionis*, non quia semper significant veri nominis actionem, sed quia semper significant *ad instar exerciti* seu motus, ut videre est in ipsis verbis, quae cessationem vel quietem significant, ex. gr. *sedeo, cesso*. Iam vero actiones nobis in tempore innotescunt: actus praeterea, quo proprietatem sic in subiecto inesse intel-

ligimus, est ipsem actus mentalis compositionis, qua aliiquid de altero praedicatur. Hinc propria verbi natura recte explicatur cum dicimus, eo significari aliquid *ut tempore mensuratur ac de altero praedicatur*. In idem recedit, quod ait Philosophus (1. *Periher. c. 3.*): *Verbum autem est, quod tempus consignificat... et est semper eorum, quae de altero dicuntur, nota*. Sensus est: verbum consignificat tempus, et est semper signum quod aliiquid de altero praedicetur, h. e. alteri inesse dicatur. Subdit enim immediate *“Dico autem quod consignificat tempus, ut valetudo quidem nomen; et valet verbum est: consignificat enim quod nunc adsit.*

Ex tradita *verbi* definitione haec intelliguntur.

106. Coroll. I. — Verbi significatum. — Verbum principaliter et directe significat formam aliquam vel quasi formam, eamdem videlicet quam significat nomen, unde derivatur. Sic *valet* principaliter et directe significat *valitudinem*. Consignificat vero duo, quatenus nempe eam significat per modum compositionis, et ut temporis substans. Id vero actu non habetur a verbo, nisi prout cum nomine in oratione coniungitur, nisi dicatur, ex. gr. *Petrus valet*. Quapropter Aristoteles l. c. animadverterit, *verba secundum se dicta nomina esse*; h. e. extra compositionem, quantum ad rem significant, non differunt a nominibus. Cf. Toletum in h. l.

107. Coroll. II. — Verbum modi infinitivi. — Verbum in infinitivo adhibitum, (idem dicas de participio), deficit a ratione verbi logice considerati; non enim consignificat compositionem, qua de subiecto dicatur. Participat tamen de verbo, si adhibeat ex parte praedicti, puta si dicatur, *volo amare, vel amavisse*, quatenus videlicet significat formam cum tempore et in sua concretione ad subiectum. Et hoc sensu dicuntur *nomen verbale*. Quod si denique adhibeat ex parte subiecti, ut si dicatur *curvere est quidam motus*, sumitur simpliciter in vi nominis. Apposite S. Thomas. ⁴ Dicendum est, quod verba infinitivi modi, quando in subiecto pomuntur, habent vim nominis. Unde et in graeco et vulgari locutione latina suscipiunt

additionem articulorum, sicut et nomina. Cuius ratio est, quia proprium nominis est, ut significet rem aliquam quasi per se existentem; proprium autem verbi est ut significet actionem vel passionem. Potest autem actio significari tripliciter: uno modo per se in abstracto, velut quedam res, et sic significatur per nomen, ut cum dicatur actio, passio, ambulatio, cursus, et similia: alio modo per modum actionis, ut scilicet est ergrediens a substantia, et inhaerens ei ut subiecto: et sic significatur per verba aliorum modorum, quae attribuuntur praedicatis. Sed quia ipse processus, vel inhaerentia actionis, potest apprehendendi ab intellectu et significandi ut res quedam; inde est, quod ipsa verba infinitivi modi, quae significant ipsam inhaerentiam actionis ad subiectum, possunt accipi ut verba ratione concretionis, et ut nomina prout significant res quedam. (1. Periher. lect. 5.)

108. *Coroll. III.* — **Omne verbum resolvi potest in substantivum.** — Omne verbum, quod cum subiecto aliquo in oratione componitur, semper logice resolvi potest in terminum experimentum aliquam formam aut quasi formatum et verbum substantivum *sum, es, est.* Si proinde dicatur, *Petrus currit*, perinde est ac si dicas, *Petrus est currens*. Ratio est, quia compositionis verbi cum subiecto in oratione exprimit mentalem compositionem seu animi sententiam, qua forma aliqua vel quasi forma in subiecto *inesse* vel *non inesse* affirmetur. Hinc verbum *sum, es, est.* dicitur substantivum propterea quod actum essendi significat, qui primus est et fundamentum omnium reliquorum actuum; cetera vero dicuntur adiectiva, quippe quae in actu esse sed fulciuntur eiusdemque modificationem seu varietatem aliquam referunt.

109. *Coroll. IV.* — **Verbum quatenus logice cum nomine componitur, vel est in tempore praesenti vel in illud semper resolvi potest.** — Haec enim compositione, prout dictum est, significat interiorum compositionem seu animi sententiam, qua forma ad subiectum referatur. Atqui talis sententia semper est in tempore praesenti respectu loquentis. Hinc logice unum idemque est, *Petrus*

peccabit, ac *Petrus est futurus peccator*, scilicet est unus ex illis qui postea peccabunt. Quapropter recte Aristoteles l. c. dixit verba praeteriti vel futuri temporis non esse simpliciter verba, sed *casus verbi*, quia videlicet consignificant dependenter a verbo in tempore praesenti.

110. **Diversae species orationis.** — *Orationis*, quae perfecta est, quinque species recensentur a S. Thoma: *Enuntiativa, deprecativa, imperativa, interrogativa, et vocativa.** Quia intellectus, ait, vel ratio non solum concepit in seipso veritatem rei; sed etiam ad eius officium pertinet, secundum suum conceptum, alia dirigere et ordinare; ideo necesse fuit, quod sicut per enuntiativam orationem significatur ipse mens conceptus, ita etiam essent aliquae aliae orationes significantes ordinem rationis, secundum quam alia diriguntur. Dirigitur autem ex ratione unus hominis aliis homo ad tria. Primo quidem, ad attendendum mente; et ad hoc pertinet *vocativa* oratio. Secundo, ad respondendum voce; et ad hoc pertinet *interrogativa*. Tertio, ad exequendum in opere; et ad hoc pertinet, quantum ad inferiores, oratio *imperativa*, quantum autem ad superiores, oratio *deprecativa*; ad quam reducitur oratio *optativa*, quia respectu superioris homo non habet vim motivam, nisi per expressionem desiderii. Quia igitur istae quatuor orationis species non significant ipsum conceptum intellectus, in quo est verum vel falsum, sed quemdam ordinem ad hoc consequentem; inde est, quod in nulla earum inventitur verum et falsum, sed solum in *enuntiativa*, quae significat id, quod de rebus concipiatur. Et inde est quod omnes modi orationis, in quibus inventitur verum vel falsum, sub *enuntiatione* continentur: quam quidam dicit *indicativam* vel *suppositivam*; *dubitativa* autem ad *interrogativam* refertur. (1. Periher. lect. 7.) Subdit autem S. Doctor ex his solam enuntiativam pertinere ad praesentem considerationem: alias vero potius pertinere ad Rhetoricam vel Poësim.† Cuius ratio est, ait, quia consideratio huius libri directe ordinatur ad scientiam demonstrativam, in qua animus hominis per rationem inducitur ad consentendum vero ex his quae sunt propria

rei; et ideo demonstrator non utitur ad suum finem nisi enuntiativis orationibus significantibus res secundum quod earum veritas est in anima. Sed rhetor et poëta dicunt ad assentendum ei, quod intendunt, non solum per ea quae sunt propria rei, sed etiam per dispositiones audiens. Unde rhetores et poëtae plerunque movent auditores in unum, provocando eos ad aliquas passiones, ut Philosophus dicit in sua Rhetorica. Et ideo consideratio dictarum specierum orationis, quae pertinet ad ordinatorem audiens in aliquid, cadit propriè sub consideratione rhetoricae vel poëticae ratione sui significati: ad considerationem autem grammaticae, prout consideratur in eis congrua vocum constructio.

111. Definitio orationis enuntiativae, eiusque partes essentiales. — Oratio enuntiativa, prout in argumentatione adhibetur ad aliquid inferendum, *propositio* appellatur. Est autem propria expressio iudicij mentalis, ac propterea est significativa veri vel falsi. Definitor ab Aristotele (1. Prior. c. 1.) *Oratio affirmans aut negans aliquis de aliquo.* More compositi naturalis consideratur in ea tum *materia* tum *forma*. Propositionis materia sunt eius *subjectum* et *praedicatum*. Subjectum est id, de quo aliquid affirmatur aut negatur; praedicatum est id quod de aliquo affirmatur vel negatur. Extensio subjecti propositionis *quantitas* nuncupatur. Propositionis vero *forma* est tempus praesens verbi substantivi *sum, es, est*, in indicativo positum, prout est *verbalis copula*, quatenus scilicet compонendo praedicatum cum subjecto significat illud hinc inesse vel non inesse.

Hic vero duo sunt observanda.

I. Praedicatum in propositione exprimit obiectum seu rem prout hic et nunc est in mente seu representantur: subjectum vero exprimit rem prout est in se. Unum vero ad alterum referunt mediante copula verbalia. Quare in propositione exprimitur ac significatur conformitas rei intellectae, quatenus est intellecta, ad seipsam secundum suam naturam, ac propterea, ut supra inniuiimus, verum et falsum non uteunque invenitur in oratione enuntiativa,

sed ut in *significante* verum vel falsum. Sed de hoc pleniū in Logica maiori.

II. Etsi praedicatum et subjectum respectu copule verbalis se habeant ad instar materiae, tamen si invicem comparentur, praedicatum refertur ad subjectum sicut forma ad materiam. Notio enim praedicti perfectit notiōnem subiecti: omne autem perfectivum comparatur ad suum perfectibile sicut actus ad potentiam seu forma ad materialm.

112. Propositio de secundo, aut de tertio adiacente. Forma propositionis seu copula verbalis vel explicita est, vel implicita latet in verbo, quod cum nomine componitur. Si primum contingit, propositio dicitur de *tertio adiacente*, ut si dicas, *Petrus est existens, Petrus est currens*. Si vero sit implicita, habetur propositio de *secundo adiacente*, ex. gr. *Petrus est, vel Petrus currit*. Hinc omnis propositio dialectice resoluta semper est de *tertio adiacente*. Id porro, quod tertio adiacente dicitur, est ipsam copula verbalis, non quia tertio loco exprimitur, sed secundum naturae ordinem: coniungibilia enim sunt ante coniunctionem, ac propterea verbum est, quod compositionem significat, veluti *tertium adiici* intelligitur duabus dictiōnibus, quae componentia exprimunt. Hic vero diligenter observa cum S. Thoma (2. Periher. lect. 2. et 5. Metaph. lect. 9), etiam in propositionibus de *tertio adiacente*, verbum substantivum non esse purum syncategorema, ut quidam volunt, quatenus videbunt non aliud praestet nisi praedicatum componere cum subjecto. Non enim desinit esse verbum, ac propterea non solum componit, sed etiam significat aliquid, quod componit. Quemadmodum vero, ut supra dictum est, verba adiectiva significant aliquam essendi modificationem seu varietatem, ita substantivum significat ipsum actum essendi. Unde egregie Toletus animadvertis: * Verbum ratione rei significatae est pars materialis, quia est cum nomine idem: at ratione connotata est formalis pars, cum utrumque habeat: est tamen discrimen. Aliquando nihil praedicit, nisi suam significacionem, ut *homo currit, homo est*; aliquando suam signi-

ficationem determinatam, et limitatam ab altero, ut *homo est albus*, id est, *est illud ens quod est album*. Perinde enim est addere appositorum verbo substantivo, ac aliis: ut enim dum dicas, *ego amo Petrum*, illud additum non auferit, quin verbum *amo* secundum rem significatam praedicetur, sed limitatur; ita quando dicitur, *homo est albus...* Ex quo sequitur manifeste, omne verbum esse partem propositionis, formaliter quidem, ut unit et componit, materialiter vero secundum id quod significat. (I. Periher. c. 3. q. 1.)

113. **Dispositio propositionis.** — Mutuum ordo terminorum ad invicem in ratione subiecti et praedicti, propositionis *dispositio* dicitur. Potest esse *naturalis seu directa*, et *innaturalis seu indirecta*. Erit dispositio naturalis, si loco praedicti ponatur terminus, qui revera perficit notionem subiecti. Notio autem rei perficitur per definitionem sive essentialiem sive descriptivam. Hinc in dispositione naturali loco subiecti exprimitur res, loco vero praedicti eiusdem definitio, descriptiva saltem, vel pars definitionis: ut si dicas, ex. gr. *Homo est animal rationale, visibile*. Quoniam vero definitio eiusque partes vel latius vel aequo patet ac subiectum definitionis, hinc ut termini naturaliter disponantur in propositione, si occupare debet locum praedicti qui latius vel saltem aequo patet: secus dispositio erit *innaturalis*, ut si dicas, *Aliquod animal est homo*. Quod si dicatur, ex. gr. *Aliquod animal est rationale*, dispositio est ex parte naturalis, et ex parte unnaturalis. *Animal* enim latius patet quam *rationale*, ad illud tamen se habet ut genus ad differentiam; differentia vero perficit notionem generis.

114. **De unitate propositionis.** — Quoniam unitas est proprietas entis, in quantum ens, hinc propositio etiam suam propriam unitatem habere debet. Haec autem nequit profecto esse ea, quae rebus simplicibus convenit; propositio enim in quadam compositione consistit praedicati ad subiectum. Sed quemadmodum res corporales dupliment modum unitatis habere possunt, videlicet *simplificiter*, sicut in composito naturali ex materia et forma, vel secundum *quid*, ut in navi vel domo: ita etiam propositio

potest esse vel *simplificiter una*, si unum praedicatum cum uno subiecto componat, vel *secundum quid* si pluribus aliis propositionibus tamquam partibus coalescat. Illa dicatur *simplex*, h. e. *simplificiter una*; haec vero *composita* seu coniunctione una. Ad rem Sylvester Maurus. "Non omnes propositiones habent unitatem eiusdem rationis. Quemadmodum enim tabula potest esse vel simplex seu simplificiter una, vel composita seu una per coniunctionem, sic propositio. Tabula simplificiter una non intelligitur illa quae nullo pacto constat ex partibus, cum talis tabula non detur, sed intelligitur illa quae est omnino omogenea, h. e. eiusdem rationis, et non habet partes coniunctas aliquo glutine vel clavis: si vero sint plures tabulae non coniunctae aliquo glutine, tunc non faciunt unam tabulam, neque simplificiter, neque compositione, seu coniunctione. Proportionaler propositio simplex non est illa, qua nullo pacto componitur ex partibus, cum quaelibet propositio constet ex praedicto et subiecto; sed intelligitur illa quae constat ex uno praedicato et uno subiecto: propositio vero composita est, in qua sunt plura praedicata et plura subiecta, quae connexione, quasi glutine, fiant unum." (Op. Phil. Summ. c. 37.)

ARTICULUS II.

De partitione propositionum simplicium.

115. **Quae partitiones hoc spectent.** — In propositione simplificiter una non consideratur, nisi vel subiectum et praedicatum, quae sunt eius quasi materia, vel copula verbalis, quae est eius forma. Pro duplice hac consideratione proprie dividi potest. Si consideretur eius materia, habetur triplex partitio. Prima est ex parte subiecti, et sic dividitur in *universalem, particularem, singularem*, et *indeterminatam*: altera ex habitudine praedicti ad subiectum se-

cundum se inspecta, et sic propositio dicitur esse in materia *necessaria*, vel *impossibili*, vel *contingenti*: tertia denique petitur ex habitudine praedicali ad subiectum, prout *haec habitudo* in ipsa propositione exprimitur, et hoc modo propositio alia dicitur *de inesse*, alia vero *modalis*. Si vero consideretur copula verbalia seu forma, dividitur *per se* quidem in affirmativam et negativam, *per accidentem* autem in *veram* et *falsam*. Licet enim *significare* verum vel falsum sit de essentia propositionis, esse tamen veram vel falsam non est de eius essentia, sed aliiquid consequens.

116. Propositionis universalis, particularis, singularis, indefinita. — Partitio haec convenit propositioni pro diversitate *extensionis*, quam habet eius subiectum. Nam vero propositio *universalis* illa dicitur, cuius subiectum distributive supponit ac syncategorema universalitatis afficitur, ut *omnis, nullus*: ex. gr. si dicatur, *Omnis homo est rationalis, Nullus homo est asinus*. Particularis illa est, in qua subiectum est terminus communis sed particulariter supponens, ac propterea signo particulari, *aliquis, non omnis*, afficitur: huiusmodi sunt haec propositiones, *Aliquis homo est doctus, Non omnis homo est doctus*. Singularis denique propositio dicitur, cuius subiectum vel est nomen proprium, ut *Petrus*, vel afficitur signo demonstrativo, ut *hic homo*. Haec propositio quadammodo convenit cum universalis, quatenus nimur subiectum in ea acceptipr secundum totam extensionem cuius est capax terminus singularis, quae non porrigitur nisi ad unum: ut *B. Virgo Maria est mater Dei*. Quod si subiectum sit quidem terminus communis, nullum tamen syncategorema ei praeponatur, ut extensionis suppositio declaretur, propositio vocatur indefinita, ut cum dicimus, *Homo est rationalis*.

117. Quantitas propositionis indefinitae. — Ut propria quantitas huius postremae propositionis, *indefinitae* videlicet, probe intelligatur, notandum est, subiectum in ea supponere posse vel logice, vel realiter. Si suppositio sit logica, subiectum indefinita aequivalat singulari, quantum in ea subiectum ita acceptipr, ut unum irresolubile in plura inferiora. Cum enim affirmas, ex. gr. *Homo est*

species, homo accipitur secundum esse, quod habet in mentis abstractione, unde non potest inde inferri. *Ergo Petrus est species*. Sin autem suppositio subiecti sit realis, propositio indefinita aliquam universalitatem habere debet. Nam huicmodi suppositio potest esse vel realis absoluta, ut si dicas, *Homo est rationalis*; vel personalis, ex. gr. *Iuvenes sunt inconstantes*. In prima hypothesi praedicatum per se pertinet ad naturam subiecti, ac propterea necessario inventri debet in omnibus suis inferioribus. In altera vero hypothesi, communis hominum sensu his propositionibus attribuitur universalitas quaedam *moralis*, ita nempe ut verificantur in inferioribus saltem *ut plurimum*, seu, ut aiunt, *regulariter loquendo*, ut videtur est in exemplo superius allato. Hinc nemo est, qui non reficiat propositionem *universali*, *Homo est niger*, tametsi de multis id recte affirmari debeat: contra rite affirmatur, *Matres diligent filios*; licet enim non desint exceptiones, regulariter tamen loquendo res ita se habet.

118. Propositionis in materia necessaria, contingentia vel impossibilitatis. — De hac partitione iuvat audire S. Thomam: "Potest accipi, inquit, divisio enuntiationum secundum materiam: quae quidem divisio attenditur secundum habitudinem praedicati ad subiectum. Nam si praedicatum per se insit subiecto, dicitur esse enuntiatio in materia necessaria vel naturali; ut cum dicitur: *homo est animal*, vel *homo est risibilis* (1). Sin vero praedicatum per se repugnat subiecto, quasi excludens rationem ipsius, dicitur enuntiatio esse in materia impossibili sive remota; ut cum

(1) Consulto S. Doctor attulit duo exempla propositionis in materia naturali, ut scilicet innueret duplum modum, quo praedicatum per se inest subiecto aliud. Primus modus est, quando praedicatum vel est ipsa definitio qualitativer subiecti, aut pars definitiois; ut cum dicitur *Homo est animal rationale*. Secundus modus est quando praedicatum est subiecto proprium, ut *Homo est risibilis*. Porro hoc differet inter utrumque, quod in primo modo praedicatum ponitur in definitione subiecti: in altero vero vicissim subiectum ponitur in definitione praedicati. Confer quae supra diximus [66], nec non quae idem S. Doctor habet (1. Poster. lect. 10).

dicitur: *homo est asinus*. Si autem medio modo praeditatum se habeat ad subiectum, ut scilicet nec per se repugnet subiecto, nec per se insit, dicitur enuntiatio esse in materia possibili sive contingenti. (Periher. lect. 13.)

119. Propositio de inesse et modalis. — Haec partitio, ut supra innumimus, etiam similitur ex habitudine praedicati ad subiectum, sed prout haec habitudo in ipsa propositione exprimitur. Dicitur porro propositio de inesse, quae dumtaxat enuntiatum num praedicatum insit nec ne subiecto; ut *homo currit*. Modalis vero vocatur, quae enuntiat ipsum modum inherentiae praedicati in subiecto. Effertur dupliceiter, videlicet vel per adverbium adjacens copulae propositionis, ut *Deus necessario est iustus*; vel convertendo adverbium quidem in praedicatum, copulam vero, de qua enuntiatur, in infinitivum, ut *Deum esse iustum est necessarium*. Hac posteriori ratione habetur propria expressio propositionis modalis: prior enim locutio continet potius propositionem quamdam compositam ex propositione de inesse et propositione modali. Perinde enim est dicere, *Deus necessario est iustus*, ac si dicatur *Deus est iustus*, et *eum esse iustum est necessarium*. Iam vero propositio seu oratio in infinitivo posita, nuncupatur *dictum*; nomen vero praedicatum *modus*. Hic quadruplex esse potest, videlicet *necessarium, impossibile, contingens, et possibile*. Necessarium dicuntur quod non potest non esse: impossibile, quod non potest esse: contingens, quod potest non esse: possibile, quod potest esse. Exemplo sint haec: *Deum esse bonum est necessarium; Deum non esse est impossibile; Deum creasse mundum est contingens; Deum creare mundum a praesenti diversum est possibile*.

120. Materia, forma, ac quantitas propria enuntiationum modalium. — Propria materia harum propositionum positia est in eorum *dicto et modo*; illud est subiectum, hic vero praedicatum. Forma vero est ipsa verbalis copula, quae coniungit modum cum dicto. Hinc propositiones modales sunt inter simplices communiquerantur. Quod attinet vero ad earundem *quantitatem*, ea non est quantitas propria nominum sed verborum. Hinc fit ut

modales ex necessario vel impossibili habeantur ut universales: modales vero ex contingentibus vel possibili sint ut particulares. Quod enim necessario est, *semper* est, quod vero impossibile est, *nunquam* est: contra, quod contingens est esse, *aliquando* potest non esse; quod possibile est esse, *aliquando* potest esse. Quod si etiam in ipsis spectetur quantitas nominum, considerando minimum dictum ad instar nominis, tunc omnes propositiones modales censerentur *singulares*. Cum enim dico, ex. gr. *Hominem quilibet esse animal est necessarium, nihil aliud dico, nisi hanc identitatem*, expressam nempe per hoc dictum, *necessarium esse*.

121. Propositio affirmativa et negativa. — Haec est partitio praecipua enuntiatiæ orationis; sic enim per se dividitur propositionis ratione suæ formæ, ac propterea est divisio generis in species. Porro affirmatio definitur a Philosopho, (1. Periher. c. 6.) *Enuntiatio alicuius de aliquo: negatio vero. Enuntiatio alicuius ab aliquo*. Enuntiare autem aliquid de aliquo, vel ab aliquo, perinde est ad mente vel voce pronuntiare rem ita esse vel non esse. Propositione itaque affirmativa est *quae praedicatum subiecto inesse dicit*: negativa vero *quae dictum subiecto non inesse dicit*. Hinc duo intelliguntur.

I. Affirmatio et negatio se habent in propositione ad instar *qualitatibus*, quia inquirent *qualis* propositio dicatur, respondetur eam esse affirmantem vel negantem. Haec tamen qualitas non accidentaliter se habet ad propositionem, sed est eius differentia essentialis.

II. Liceat omnis enuntiatio componat praedicatum cum subiecto, nihilominus saepe sola affirmatio solet dici *compositio*, negatio vero *divisio* appellatur. Id vero ita egregie explicat S. Thomas. * Cum conceptiones intellectus sint

(1) Ut memoriae tyronum consuleretur, propositionum diversitas, attenta ipsarum quantitate et qualitate, quibusdam litteris designari convenit, prout his versiculis exhibetur.

Asserit A, negat E, verum generaliter ambo;

Asserit I, negat O, sed particulariter ambo.

similitudines rerum, ea quae circa intellectum sunt duplíciter considerari et nominari possunt; uno modo secundum se, alio modo secundum rationes rerum, quarum sunt similitudines. Sicut imago Herculis secundum se quidem dicitur et est cuprum: in quantum autem est similitudo Herculis, nominatur homo. Sic etiam, si consideremus ea, quae sunt circa intellectum secundum se, semper est compositio, ubi est veritas vel falsitas; quae nuncquam inventitur in intellectu nisi per hoc, quod intellectus comparat unum simplicem conceptum alteri. Sed si referatur ad rem, quandoque dicitur compositio, quandoque dicitur divisio. Compositio quidem, quando intellectus comparat unum conceptum alteri, quasi apprehendens coniunctionem aut identitatem rerum, quarum sunt conceptiones; divisio autem, quando sic comparat unum conceptum alteri, ut apprehendat res esse diversas. Et per hunc etiam modum in vocibus affirmatio dicitur compositio, in quantum coniunctionem ex parte rei significat; negatio vero dicitur divisio, in quantum significat rerum separationem. , (1. Peripher. lect. 3.)

122. Extensio et comprehensio praedicati in propositione affirmativa et negativa. — Si spectetur extensio et comprehensio praedicati, utraque inverso modo habetur in propositione affirmativa et negativa. Hinc triplex haec regula servanda est.

1^a REG. — Praedicatum propositionis affirmantis tribuitur subiecto secundum omnes et singulas notas sue comprehensionis. Cum enim definitum ac definitio mutuo convertantur, de quoenamque affirmatur praedicatum, de eodem praedicati definitio affirmari debet. Atqui omnes et singulas notae comprehensionis cuiusque rei in eius definitione continentur. Quare si dicas, *Homo est animal*, perinde est ac si dicas, *Homo est substantia corporeo vicens ac sentiens*.

2^a REG. — Praedicatum propositionis negantis removetur a subiecto in *tota* (praedicati) *comprehensione collective accepta*, sed non secundum singulas suas notas. Ratio eadem est ac regulae praecedentis. In propositione enim

negante definitio praedicati removeri debet a subiecto: ad hoc autem plane sufficit, ut ei desit una dumtaxat e notis, quae in definitione praedicati continentur. Hinc recte dicitur, *Homo non est brutum*: licet enim homo et brutum convenienter in animalitate, homini tamen deest irrationabilitas, quae est propria bruti.

3^a REG. — Praedicatum in *omni* et *sola* propositione negante distribuitur, h. e. *distributively supponit*. In propositione enim negativa removetur a subiecto forma vel quasi forma praedicato expressa: ad hoc autem requiritur ut subiectum non sit ullum ex inferioribus, quae sub extensione praedicati continentur. Sic quando dicas, *Homo non est brutum*, negas profecto de homine brutum quodlibet cuiuscumque speciei. Contra, in propositione affirmante subiecto attribuis formam praedicato expressam: ad hoc vero sufficit, ut subiectum sit aliquod ex inferioribus, quae sub extensione praedicati continentur. Quapropter cum dicitur, *Homo est animal*, non est sensus, *Homo est omne animal*, sed *Homo est aliquod ex animalibus*, vel *homo continetur sub extensione ideae animalis*.

123. Discrimen propositionis negativae a propositione affirmativa habente terminum infinitum. —

Quoad hanc partem hoc remanet diligenter observandum, videlicet minime esse confundendam propositionem negantem cum propositione illa, in qua quodcumque aliud tribuitur subiecto, quam quod nomine praedicato exprimitur, v. g. *Homo est non lapis*; quae idcirco *infinita* vocatur, quia in ea aliiquid indeterminatum subiecto tribuitur. Negativa enim enuntiatio denotat aliiquid determinatum subiecto non inesse: propositione vero infinita, dum denotat aliiquid determinatum subiecto non inesse, simul significat aliiquid ei inesse, videlicet aliiquid apprehensibile sub ratione qualitatis indeterminatae, et ideo negativa a copula transfertur ad praedicatum. Ad rem S. Thomas.

* Nomen infinitum (ex. gr. *non homo*) quodammodo significat unum. Non enim significat simpliciter unum, sicut nomen finitum, quod significat unam formam generis vel speciei aut etiam individui; sed in quantum significat ne-

gationem formae alienius, in qua negatione multa conveniunt sicut in quadam uno secundum rationem. Unum autem eodem modo dicitur aliquid sicut et ens. Unde sicut ipsum non ens dicitur ens, non quidem simpliciter, sed secundum quid, id est secundum rationem, ut patet in IV. *Metaph.*, ita etiam negatio est unum secundum quid, scilicet secundum rationem. (2. *Periher.* lect. 1.) Simile iudicium de propositione, cuius subjectum infinitatur, ex. gr. *Qui Deum non colit est stultus*.

124. **Propositio vera vel falsa.** — Hace est ultima divisio, quae propositioni simplici convenit ratione copulas verbalis. Per hanc enim conceptionis mentis propositione significata refertur ad rem, prout in se est, ac propterea propositio evadit vera vel falsa prout rei, in se spectatae, convenient vel ab ea discordat. Audiat rursus Angelicus Doctor. "Cum enuntiatur aliquid esse vel non esse, secundum congruentiam rei, est oratio vera; alioquin est oratio falsa. Sic igitur quatuor modis potest variari enuntiatio. Uno modo, quia id, quod est in re, enuntiatur ita esse sicut in re est; quod pertinet ad affirmationem veram: puta cum Sortes currit, dicimus Sortem currere. Alio modo, cum enuntiatur aliquid non esse, cum non est; quod pertinet ad negationem veram, ut cum dicitur: *Aethiops non est albus*. Tertio modo, cum enuntiatur aliquid esse, quod in re non est, quod pertinet ad affirmationem falsam, ut cum dicitur: *Corvus est albus*. Quarto modo, cum enuntiatur aliquid non esse, quod in re est, quod pertinet ad negationem falsam, ut cum dicitur: *Nix non est alba*. (1. *Periher.* lect. 9.)

ARTICULUS III.

De partione propositionis compositae.

125. **Forma ac divisio propria propositionis compositae.** — Quid sit enuntiatio composita, seu coniunctio

una, iam supra declaravimus [114]. Porro quemadmodum materia propositionis simplicis sunt termini, forma vero est verbalis copula; ita materia propositionis compositae sunt propositiones simplices, forma vero est particula eas coniungens. Quocirca partitiones, quibus subiacet propositionis compositae ratione sue materiae, sunt eadem ac enumeratae in articulo praecedenti: partitiones vero, quae eidem convenient ratione suas formae seu particulari coniungentis, sunt ei propriae, et in praesenti articulo examinandae. Hae totidem recenseri queunt, quot sunt diversae particulae, quibus simplices enuntiationes in unam propositionem componuntur. Universim vero ad duo genera revocantur. Aliae dicuntur propositiones *aperte compositae*, aliae vero *occulte compositae*. In illis compositio, spectata ipsa structura orationis, est per se manifesta, ac propterea nulla indigent expositionem: hae contra ore tenuis videntur simplices, at reipso sunt compositae, unde expositione aliqua indigent, ac idcirco *expomibile*s etiam vocantur.

126. **Quot recensentur propositiones aperte compositae?** — Propositiones aperte compositae tres praecipue recenseri possunt; ceterae enim ad eas facile revocantur. Hae porro sunt *conditionalis*, *copulativa*, et *disiunctiva*. Hanc divisionem ita optime explicat Petrus a Fonseca. "Coniunctio, quae forma est enuntiationis coniunctae, tribus modis comparari potest cum simpleibus enuntiationibus, quas connectit. Aut enim iungit earum sententias, aut dividit. Si igitur, aut ordine consecutionis unius ex altera id facit, ut videlicet posterior ex priore efficiatur, aut non habita ratione eiusmodi ordinis. Si ordine consecutionis iungit sententias, vocatur *conditionalis*, ut: *Si sol luet, dies est*. Si absque eiusmodi ordine, dicitur *copulativa*, ut: *Socrates fuit philosophus, et fuit vir bonus*. Si denique dividit sententias, *disiunctiva* nuncupatur, ut: *Aut dies est, aut nox est*. Tria igitur sunt genera coniunctarum enuntiationum, conditionalis, copulativa, et disiunctiva, quas Cicero connexum, coniunctionem, et disiunctionem nominat..... Qualitas essentials enuntiationum, quam affirmatiōnem et negationem dicimus, his etiam omnibus com-

muniter convenit, verum aliter quam simplicibus. Simplices enim dicuntur affirmativa et negativa, quia carum praedicta attribuuntur subiectis, aut ab eisdem removentur: at coniunctae dicuntur affirmativa, quia coniunctiones affirmantur, h. e. non negantur; negativa, quia negantur, sive praedicata simpliciter, quae in se coercent et continent, affirmantur sive negantur. Unde fit, ut hae ambae sint affirmativa: *Si sol luet, dies est; si sol non luet, dies non est;* haec vero ambae negativa; *Non si sol non luet, non non est;* *Non si sol luet, non est.* Id quod in ceteris generibus facile perspicies. Finit autem huiusmodi enuntiationes negativa, praefixa initio totius enuntiationis negante particula, ut in proximis duobus exemplis certis. (*Iustit. Dialect. lib. 3. c. 14.*)

127. Proposition conditionalis. — Proposition conditionalis rite definitur *ea, in qua nihil absolute affirmatur aut negatur, sed solum affirmatur aut negatur dependens seu consecutio unius affirmationis aut negationis ex alia affirmatione aut negatione;* veluti cum dicimus, *Si quid existit, datur ens imprudenter.* Hinc duplicit parti constat, altera, quae conditionem exprimit, ac particula *si* afficitur, altera vero significat id, quod sub conditione negatur vel affirmatur: illa dicunt *antecedens* vel etiam *conditio*, haec vero *consequens* seu *conditionatum*. Eiusmodi enuntiationes censentur verae, si consecutio sit prout enuntiatur; secus erunt falsae. Quare haec sunt ambae verae, *Si Deus non existit, nihil existere potest;* *Non si homo vivit, est animal;* contra falso diceretur, *Si Deus est, mundus existit,* vel *Non si mundus est, Deus existit.* Hac de causa dici solet, conditionale nihil ponere in esse, quia nimis, ut sit vera, veritatem neque antecedentem neque consequentem requirit. Aliqui etiam inde colligunt omnes conditionales veras esse necessarias, et omnes falsas impossibilis: quia, aiunt, omnis bona consecutio est necessaria, et omnis vitiosa impossibilis. At sapienter contradicit praelaudans auctor.⁴ Elemin, ait, non modo multae conditionales ex futuris contingentibus probabiles censentur, ut, *Si diligenter operum navareris, doctus evades;* sed etiam ex praesenti tempore,

ut si dicas, *Si qua mater est, diligit filium,* quae enuntiatio cum inter veras enumeneretur, non in eo veritatis gradu ponitur, ut dicatur falsa esse non posse. Non tantum ergo necessaria et impossibilis enuntiationes conditionales reperiuntur, sed contingens etiam. Nec vero omnibus bona consecutio est necessaria, sed quaedam etiam probabilis. (loc. cit. c. 15.) (1)

128. Proposition copulativa. — Forma huius enuntiationis est particula copulans *et*; eaque mediante simili connectuntur phrases enuntiationes simplices, quot volueris. Haec proposition, prout supra monimus, est affirmativa, si particula copulans affirmetur seu non negetur, licet membra copulata sint negativa; ut si dicas, *Nec Petrus nec Paulus sunt docti;* hoc enim perinde est ac si dieres, *Petrus et Paulus non sunt docti.* Contra est negativa, si haec coniunctio negetur, ut *Non et Petrus et Paulus sunt docti,* vel *Nullus servit Deo et pecunia.* Hinc ad veritatem huius enuntiationis, si sit affirmativa, requiritur, ut sint vera omnia et singula membra, quae copulantur. Quare falsa est haec proposition, *Nec fides nec divitiae sunt necessarie ad salutem.* Si vero sit negativa, ad eius veritatem requiritur ut

(1) Sedulo notare oportet duplex genus existere propositionum conditionalium. Aliae sunt eiusmodi, ut consecutio, quae particula *si* vel alia conditione exprimitur, significatur, consistat in nexo quodam *necessario* conditionatum inter et conditionem, qui propterea sit talis, ut sola intellecta conditione sufficiens medium habeatur ad veritatem conditionati cognoscendam. Sic habet sequens proposition, *Si mundus est, Deus existit,* vel quandocumque conditio sit causa sufficiens ac necessaria agens respectu conditionati. Aliae vero dantur propositiones conditionales, quarum conditio conductit quidem ad positionem conditionali, at nulla antecedenti necessitate cum eo connectitur: puta, si sit causa quidem sufficiens respectu ipsius, sed libera. Exemplo sit haec enuntiatio, *Si Petrus in tabernacula constitutus, peccaret.* Consecutio seu nexus, qui in talibus propositionibus affirmatur, minime accipi debet per modum cuiusdam *necessariae illationis;* consistit nempe in mero nexo eiusdem *coexistente* conditionatum cum positione conditionis. Hoc modo invenire sufficiat, pleniorum enim huius rei explicationem tradit theologia naturalis, cum de divina scientia disputatione.

membra, quae copulantur, non sint simul vera. Unde falso dices, *Nemo servit Deo ac dominis temporalibus.*

Hic vero duo notare oportet.

I. **Propositio copulativa** negans saepe solet converti in propositionem simplicem modalem, dicendo, ex. gr. *Impossibile est servire Deo simul et pecuniae.* Talis est forma principii contradictionis, *Nequit idem simul esse et non esse.* Potest etiam resolvi in propositionem disjunctivam. Sic loco dicendi, *Corpus non et moretur et quiescit,* dici potest, *Corpus vel non moretur vel non quiescit.*

II. Ad propositionem copulativam revocantur aliae pernultae enuntiationes, ut *adversariae et comparativaes*, et alias id genus, veluti si dicas, *Non quidem pulchra sed utilissima est vitis.* *Quales principes sunt talis fere est populis.* Ad copulativam etiam revocatur propositionis *causalis*, et si dicas, *Mundus est productus, quia contingens.* In propositione enim causalib[us] tria copulative assentur, videlicet veritas antecedentis, veritas consequentis, ac dependentia istius ab illi sicut effectus a causa vel rationati ratione sufficiunt.

129. **Propositio disjunctiva.** — Haec propositionis, ut diximus, plures sententias disiungit op[er]o particulae *vel, aut.* Exemplo sit, *Animal vel est rationale, vel irrationalis.* Porro particula disiungens duplicum sensum habere potest, minimum *exclusivum* et *praeclusivum.* Erit sensus exclusivus, si vel ex rei natura vel ex intentione loquentis membra, quae disiunguntur, sint incompensabilia, ut videre est in exemplo nuper allato. Si hoc contingat, requiritur ad distinctionis veritatem, ut unum membrum sit verum, cetera autem falsa. Secus habebitus sensus praeclusivus, cum videlicet unice assentur veritas aliquius e membris, quae connumerantur, praescindendo num cetera sint etiam vera nec ne. Talis est haec enuntiatio, *Aut Demosthenes perfectus orator fuit, aut Cicerio, aut certe nullus.* In hoc easu, ut patet, non officit veritatis propositionis disjunctivae, quod omnia membra recensita sint vera.

In hoc enuntiationum genere, quemadmodum in superioribus, propositionis non censetur absolute negans, li-

cet simples que disiunguntur sint negativaes, nisi negatio praefigatur ipsi particulae disiungenti initio propositionis, v. g. *Petrus non est aut albus aut niger.* In hoc casu particula disiungens negatione affecta aequivalat particulae *nec*, atque ita propositionis disjunctiva convertitur in copulativam, ut in proximo exemplo, *Petrus nec est albus nec niger.*

130. **Propositiones exponibilis ac primo de propositione exclusiva.** — E propositionibus occulte compositis, quae expositione indigent, primo loco recensetur enuntiatio *exclusiva.* Haec, prout ipsum nomen dicit, ea est, *quae enuntiat aliquid cum exclusione alterius.* Id praestat ope particulae *solum, tantum, dumtacat,* aliisve consimilis. Tres eiusdem species enumerari possunt. Prima habetur, quando praedicatum attributur subiecto et cetera omnia subiecta excludentur ab extensione eiusdem praedicati, ut *Solus Deus est aeternus.* Quare sic exponitur, *Deus est aeternus, et cetera, quae non sunt Deus, non sunt aeterna.* Secunda species exclusivae propositionis est, quae praedicatum removet a subiecto expresso, et illud attribuit ceteris omnibus, ut *Solus Deus non mutatur.* Eius exponens est haec, *Deus non mutatur, et cetera, quae non sunt Deus, mutantur.* Tertia denique habetur, quando praedicatum attributur subiecto, et omnia alia praedicta eiusdem generis a comprehensione subiecti excludentur. Exemplo sit, *Sensus est perceptivus tantum rerum materialium;* quae propterera ita exponi debet: *Sensus est perceptivus rerum materialium, et non est perceptivus altiarum rerum.* Prima et secunda species dicuntur *exclusi subiecti*, tercias vero *exclusi praedicati.* Aliqui communiquerant inter enuntiationes exclusivas eas etiam, in quibus negatio praefigatur ipsi particulae excludenti, puta cum dieis, *Non solus homo est sensu particeps;* sed immerito. Eo ipso enim, quod in talibus propositionibus exclusio negatur, eae in numero exclusivarum recenseri non debent.

131. **Quo pacto exponi debent enuntiationes, in quibus negatio afficit particulam excludentem.** — Merito tamen quod huiusmodi enuntiationes, in quibus videlicet

negatio afficit particulam ipsam excludentem, quaeri potest, quanam sit earumdem exponens, copulativa ne an disjunctiva. Plures volunt eas esse exponendas disjunctive, et idcirca propositionem proxime allatam ita exponunt: *Vel homo non est sensu particeps, vel aliquid aliud ab homine est sensu particeps.* Sed hoc non videtur verum. Nemo enim est, qui non contradicat sic assertentibus: *Non solus Deus est mendax.* At enim hoc certe dicendum esset, si eius exponens esset haec: *Vel Deus non est mendax, vel aliquid praeter Deum est mendax.* Quare dicendum est, etiam haec propositiones exponi debere per copulativam, in qua retineatur quod enuntiatur sed auferatur exclusio. Sic itaque expones praecedentes enuntiationes: *Homo est sensu particeps, et aliquid praeter ipsum est etiam sensu particeps;* quae vera est: *Deus est mendax, et aliquid praeter Deum est etiam mendax;* quae falsa est. Ratio est, quia dictio exclusiva vim negationis habet: negatio autem praeposita negationi affirmat. Hinc ut inferius docebimus, ad habendam contradictionem in propositionibus exclusivis, haec debet formata in earumdem exponentibus: unde perferam ut contradictoriae assignarentur haec propositiones: *Tantum Petrus est doctus, Non tantum Petrus est doctus;* quia simul falsificantur, si Petrus non sit doctus.

132. **Propositio exceptiva.** — Propositiones exclusivae affinis est propositio exceptiva, quae videlicet conflat signo exceptivo, quale est *praeter*, aut aliud eiusdem significacionis; ut ex. gr. *Omne ens, praeter Deum, est mutabile.* Haec porro particula excipiens duplicum sensum habere potest, *negativum*, ac *praevisivum*. Sensus est negativus, si ita affirmatur aliiquid, ut negetur de parte, quae excipiatur, ut in exemplo proxime inducto. Tunc exponi debet, ut exclusiva, scilicet *Deus non est mutabilis, et cetera omnia sunt mutabilia.* Erit vero sensus mere praevisivus, si de parte quae excipiatur, nihil dicatur, ita ut proferens intendat solummodo non comprehendere sub sua affirmatione vel negatione partem, quam excipit. Hoc modo S. Augustinus (Lib. 1. *De adult. coniub.* c. 9.) explicat sententiam a Christo domino prolatam, Matth. XIX, 9.

Quicumque dimiserit uxorem suam nisi ab fornicationem, et aliam duxerit, moechatur. Observa tamen hoc postremum non contingere nisi raro: quamobrem proferens ad ambiguitatem tollendam explicare se debet, quemadmodum Christus Dominus sententiam suam exposuit tum per alias Evangelistas, tum per Apostolum et Ecclesiam.

133. **Propositio reduplicativa.** — Tertio et ultimo loco inter propositiones, quae expositione indigent, recensetur propositio reduplicativa, cui videlicet admiscentur particula *prout*, *quatenus*, *in quantum*, vel alia huiuscmodi, quae vim geminanti aut iterandi habet. Haec particula duplice sensu accipi solet, *specificativa*, et *causalis*. Primus est, ut denotetur in subiecto id revera, secundum quod est subiectum praedicti, tametsi non sit causa sufficiens, ut praedicatum re ipsa conveniat illi; ut si dicas, *Christus, ut homo, latiae cultu adorari debet*, vel, *Ignis, ut applicatus, comburit*. Sensus contra est *causalis*, qui maxime dicitur *reduplicativus*, cum reduplicatio causam exhibet vel rationem a priori, cur praedicatum re ipsa conveniat subiecto, ex. gr. *Homo, utpote ens contingens, a Deo pendet in esse.* Hinc propositio reduplicativa semper exponenda est per copulativam; sed in priori sensu per mere copulativam, in posteriori vero per copulativam causalem. Quare proxima exempla ita expones: *Christus est latiae cultu adorandus ac tali cultu adorari debet id secundum quod est homo;* *Ignis comburit, sed quando est applicatus; Homo, quia ens contingens, a Deo pendet in esse.*

134. **Propositiones de extremo coniuncto.** — Ad complementum doctrinae in praesenti articulo traditae, aliiquid immure oportet de propositionibus quibusdam, quae revera simplices sunt, proxime tamen ad compositas ascendunt, et in eas quandoque resolvit queunt. Haec sunt illae, quarum praedicatum vel subiectum est terminus aliquis complexus, ut *Petrus est homo plus.* A veteribus dicebantur de extremo coniuncto, iam age, in istiusmodi propositionibus bina haec documenta pree oculis habeto.

I. Saepe terminus, qui principali subiecto vel praedicato adiicitur, se habet ad modum syncategorematis, quo

videlicet determinetur id, de quo aliquid praedicatur, vel id quod de aliquo praedicatur. Id si fiat, propositio unum iudicium significat, ac frustra in copulativam converteretur. Exemplo sit sequens propositio: *Anima eaque rationalis est vera per se ac immediata corporis forma.* In hac propositione, *rationalis* non praedicit aliiquid, sed determinat subiectum, de quo praedicatum enuntiatur: particulae vero illae *vera, per se, ac immediata*, non sunt praedicatum, sed determinant legitimum sensum, quo praedicatum, *forma* videlicet, in hac propositione de subiecto enuntiatur. Interdum huiusmodi propositiones sensum habent mere conditionalem, v. gr. in hac: *Homo, qui in lethali culpa decesserit, condemnabitur.*

II. Saepe etiam terminus, qui complexionem facit, significat aliquod iudicium in mente latens diversum ab eo, quod expresse his propositionibus manifestatur. Exempligratia cum dico: *Homines qui mortui sunt, resurgent, vel, Deus omnipotens creavit mundum;* expresse quidem enuntio resurrectionem in priori, creationem vero in altera propositione; sed simul manifesto implicite vel aliquos homines decessisse vel Deum esse omnipotentem. Tunc certe propositio bene resolvitur in copulativam, quae duas simplices enuntiationes copulet, quarum una sit *principialis*, altera vero *incidentis*, ex. gr. sistendo in exemplis inductis: *Plures homines sunt mortui, et hi resurgent, vel Deus est omnipotens, et ipse creavit mundum.* Quae proinde requiruntur ad copulativam veritatem, pari ratione necessaria sunt, ut tales propositiones veritatem habeant.

ARTICULUS IV.


De oppositione logica propositionum.

135. **Materies ac ordo tractationis.** — Huc usque egimus de enuntiationis partitione. Remanet nunc agendum de eiusdem proprietatis, quas dialectica considerat.

Prima et potissima est *oppositio*. Non tamen quaelibet oppositio, quae in propositione considerari potest, hoc pertinet. Non enim hic loquimur de oppositione physica duarum enuntiationum, qua fit, ut in uno eodemque intellectu existere simul non possint. Hoc sensu queritur in Psychologia, vel, si mavis, etiam in Logica maiori, utrum actus opinionis simul cohaerere possit cum actu certitudinis in uno eodemque intellectu circa idem obiectum. Sermo est proinde de oppositione *logica* duarum propositionum, quae consistit in mutua exclusione, quam habent vel habere possunt in veritate et falsitate. Antinadverte praeterea, valde differre oppositionem, quam hic consideramus, ab ea, de qua egimus in art. 3. cap. praecedentis. Ibi enim sermo fuit de oppositione *terminorum*, hic vero sermo est de oppositione *enuntiationum*, prout huiusmodi. Unde hae binae propositiones *Petrus est albus, Petrus est niger*, habent utique praedicata contraria, sed non sunt *propositiones contrariae*, ut melius patebit ex dicendis. Porro, ut in hac re, spinosa quidem, sed momenti non levis, tractatio lucidior evadat, primo hanc oppositionem inspiciemus in propositionibus simplicibus *de inesse*, quae praedicatum enuntiant de subiecto communi: in his enim facilior intellectu est. Inde vero erucemus propriam et intrinsecam rationem oppositionis mutuae, qua propositiones invicem separantur: atque ita facili negotio documenta opportuna trademus ut oppositio in quolibet alio genere enuntiationum detegi queat.

136. **Quotuplex oppositio propositionum simplicium de inesse, quae praedicatum enuntiant de subiecto communi.** — Hae propositiones, modo refineant idem subiectum idemque praedicatum, triplici modo differre possunt inter se, videlicet vel qualitate simul et quantitate, vel sola qualitate, vel sola quantitate. Si primum, dicuntur *contradicторiae*; si secundum, dicuntur *contrariae*, si fuerint ambae universales, *subcontrariae* vero si sint ambae particulares; si tertium denique, vocantur *subalternae*. Hoc sequenti schemate videri potest.

*Omnis homo A
est doctus.*



*Aliquis homo I
est doctus.*

*Nullus homo
est doctus.*

*CONTRA DIC TORIAE
CONTRA TORIAE
subalternae*

*Aliquis homo O
non est doctus.*

137. Quomodo propositiones praedictae se habeant ad invicem ratione veritatis et falsitatis. — Ex hac porro differentia hae leges habentur.

1^a Contradicторiae nequeunt esse nec simul verae nec simul falsae. — Ratio primae partis est, quia contradictoriae ita habent, ut quod una prouinatia esse, altera prouinatia non esse. Atqui impossibile est, enumiatio huiuscmodi esse simul veras, quemadmodum impossibile est idem simul esse et non esse. Ratio vero secundae partis est, quia in contradictoria una simpliciter removet affirmationem alterius. Perinde enim est si dicas, *Omnis homo est doctus*, *Aliquis homo non est doctus*; ac si dices, *Omnis homo est doctus*, *Non omnis homo est doctus*; ac similiter huic universalis, *Nullus homo est doctus*, aequo contradicis sive dicas, *Aliquis homo est doctus*, sive dicas, *Non nullus homo est doctus*. Nequeunt proinde esse simul falsae, nisi flagitur medium inter affirmationem et simpliciem negationem circa idem, sive inter esse et non esse respectu eiusdem. Atqui id est absolute impossibile; quodlibet enim aut est aut non est.

2^a Contrariae nequeunt esse simul verae, sed possunt esse simul falsae. — Ratio primae partis eadem ipissima est ac ea, qua demonstravimus priorem partem

legis praecedentis. Contrariae enim convenient cum contradictoris in hoc, quod una dicit non esse quod altera dicit esse. Secunda pars patet ex discriminè quod intercedit contradictorias inter et contrarias. Negotio enim universalis non simpliciter removet affirmationem universalem, sed pergit ad extreum oppositum. Relinquitur proinde medium, in quo potest consistere veritas. Sic ut removet haec affirmatio, *Omnis homo est doctus*, plane sufficit ut aliquis homo non sit doctus. Quocirca haec binæ propositiones sunt simul falsae: *Omnis homo est doctus*, *Nullus homo est doctus*.

3^a Subcontrariae possunt esse ambae verae, sed nequeunt esse simul falsae. — Sequitur proxime ex praecedentibus. Si enim duae contrariae possunt esse simul falsae, earum contradictoriae possunt esse simul verae; ac viceversa, si duae contrariae nequeunt esse simul verae, earum contradictoriae nequeunt esse simul falsae. Atqui quae respectu contrariarum sunt contradictoriae, sunt subcontrariae inter se, quod in superiori scheme facile videri potest.

4^a In subalternis ex veritate universalis infertur veritas particularis; et ex falsitate huius falsitas illius; at non viceversa. — Sequitur etiam facile ex dictis. Si enim vera est universalis, ex gr. *A*, falsa est eius contraria *E*; et si falsa est *E*, vera erit eius contradictoria *I*, quae est particularis subalternata primae universalis. Similiter si falsa est particularis, v. g. *I*, vera erit eius contradictoria *E*, ac proinde falsa est eius contraria *A*, quae est proposicio universalis subalternans prioris particularis. Non licet autem arguere vice versa. Nam binæ contrariae possunt esse simul falsae, et binæ subcontrariae simul verae.

138. In quo consistat proprius character oppositionis veri nominis. — Hisce præhabitis, inquirendum modo est, in quo reponi debeat propria et essentialis ratio oppositionis mutuae inter propositiones. Observa itaque, duo requiri, ut binæ propositiones vere et proprie mutuo opponantur. Requiritur imprimis, ut constent

eadem materia, h. e. eodem subiecto, eodemque praedicato: secus non oppositae dicuntur, sed *disparatae*. Sicut enim oppositio physica nulla viget, nisi circa idem commune subiectum, ita nec logica oppositio datur in propositione, qua propositio est, nisi in materia eadem. Ut autem censetur idem subiectum idemque praedicatum, non sufficit identitas nominis, sed requiritur praeparatus, ut eodem plane sensu accipiatur, et secundum easdem omnino circumstantias. Quocirca non sunt oppositae haec duae enuntiationes: *Christus prout homo est minor Patre, Christus ut Deus est Patri aequalis*. Non censetur tamen mutata propositionis materia ob solam diversitatem syntagmatis *Omnis, Aliquis*, aliusve consimilis quantitatibus propositionis designantis: quemadmodum etiam in naturalibus non censetur diversa materia simpliciter eo quod sit maior vel minor, prout fert communis proloquum, *Magis et minus non mutant speciem*. Supposita haec identitate materiae, ut binae propositiones evadant oppositae, requiritur secundo, ut altera sit affirmans, altera vero negans: et in hoc potissimum viget earumdem oppositio mutua. Ratio est in promptu. Nam ut duo dicantur opponi, debent mutuo se excludere, ac propterea quod ab uno adstruitur, ab altero removeri debet: id autem in enuntiatione filii mediante affirmatione et negatione. Hinc generalis tessera ac intrinsecus character oppositionis, vere et proprie talis, propositiones quod spectat, reponi debet in *simultanea affirmatione et negatione unius eiusdemque de uno eodemque in eodem sensu, in iusdem omnino circumstantiis*.

139. **Quomodo propositiones contradictoriae, contrariae, subcontrariae, et subalternae oppositae dicantur.** — Ex dictis haec facile intelliguntur.

I. Verae oppositiones ratio proprie inest propositionibus tum contradictoriis tum contrariis. In utrisque enim habetur duplex conditio requisita, videlicet materiac identitas, ac diversitas seu pugna in forma sive qualitate essentiali. Hoc tamen differt in contradictoriis et in contrariis, quod in illis una praecise negat quod satis est ut

removeat affirmationem alterius, in istis vero continuo pergitur ad extrellum oppositum. Ad rem S. Thomas: "Universalis (propositio) affirmativa, et universalis negativa sunt contrariae, sicut *Omnis homo est iustus, Nullus homo est iustus*; quia scilicet universalis non solum removet universalem affirmationem, sed etiam designat extrema distantiam, in quantum negat totum quod affirmatio ponit; et hoc pertinet ad rationem contrarietas; et ideo particularis affirmativa et negativa se habent sicut medium inter contraria." (1. *Peripher. lect. XI.*) Et paulo inferiorius. "In contradictionis negatio non plus facit, nisi quod removet affirmationem. Quod configit dupliciter. Uno modo, quando est altera earum universalis, altera particularis, ut supra. Altero modo, quando utraque est singularis, quia tunc negatio ex necessitate referunt ad idem."

II. Ex hac pugna propositionum in qualitate essentiiali, sequitur earumdem pugna in qualitate accidentalium, nempe in veritate et falsitate, quae enuntiationis affirmationem vel negationem consequitur. Affirmatio enim dicit rem esse, negatio vero dicit non esse; verum autem habetur quando dicitur esse quod est, vel non esse quod non est. Eatenus proinde affirmatio et negatio de eodem essent simul verae, si idem possent simul esse et non esse; quod est omnino impossibile. Nec contradictiones proinde nec contrariae possunt esse simul verae. Cum praeferat contradictione in hoc differat a contrariate, quod haec medium relinquat, illa vero minime, hinc ulterius consequitur, tum contradictionem alterutram necessario esse veram, tum contrarias ambas simul falsas esse posse.

III. Propositiones *subcontrariae* non proprie opponunt invicem, sed ore tenus dumtaxat. "Particularis affirmativa, ait rursus Angelicus Doctor, et particularis negativa non habent, proprie loquendo, oppositionem. Quia oppositio attenditur circa idem subiectum: subiectum autem particularis enuntiationis est universale particulariter sumptum, non pro aliquo determinata singu-

lari, sed indeterminate pro quocumque; et ideo cum de universalis particulariter sumpto aliquid affirmatur vel negatur, ipse modus emuntandi non habet, quod affirmatio et negatio sint de eodem; quod requiritur ad oppositionem affirmationis et negationis secundum praemissa. (*loc. cit. lect. 10.*)

IV. Propositiones *subalternae* minime etiam opponuntur, nisi oppositione quadam relativa, ut *magnum et parvum*. Sunt enim ambae vel affirmativa vel negativa. Communerant tamen ipsae et subcontrarie inter oppositas a dialecticis, quia participant aliquid de exclusione mutua in veritate vel falsitate, quae propria est propositionum contradictientium vel contrariarum.


140. **De oppositione in propositionibus coniunctis.**
Si haec rite intellexeris, haud difficile erit oppositionem detegere in quolibet propositionum genere. Ac imprimis quod spectat propositiones coniunctas seu compositas, haec tria documenta accipias.

I. Ut habeas contradictoriam propositionis conditionalis, negationem praefigas in fronte totius emuntationis, in qua nexus adstruitur consequens cum antecedente. Quod si eadem relenta conditione neges conditionatum, non contradictoriam semper habebis sed saepe contraria (1). Sic contradictoria huius propositionis, *Si Deus existit, mundus existit*, est haec: *Non si Deus existit, mun-*

(1) Consulto sic loquimur. Id enim locum reipsa habet, cum sermo est de propositionibus conditionalibus illatibus (127. nota), in quibus necessario nexus conditio cum conditionato copulatur. In aliis vero contradictionem obtinebis sive negationem praefigas toti propositioni, sive soli conditionato. Quare si dixeris, *Si Petrus in talibus adiunctis constitutur, peccaret*, contradictoria huius propositionis erit haec: *Si Petrus in talibus adiunctis constitutur, non peccaret*. Ratio perspicua est. Nam haec binas propositiones, sensu quo spectat, plane aequivalent duabus singularibus categoricis, quarum prior est affirmans, altera vero negans; quod clarius elmet, si ita effteratur: *Petrus in his adiunctis, (si haec ponantur,) peccat; Petrus in his adiunctis, (si haec ponantur,) non peccat*. Porro duas propositiones singulares eiusdem materiae ac diverse formae non contrarie sed contradictorie invicem opponuntur.

dus existit; contraria vero est haec alia: *Si Deus existit, mundus non existit*.

II. Ad habendam oppositionem in copulativis et disjunctivis, optima omnium regula est, ut copulativa et disjunctiva, easdem habentes propositiones simplices, ita mutuo comparentur, ut copulativa habeatur quasi universalis, disjunctiva vero quasi particularis subalternata. Sie enim facililime habebis oppositionem, prout in sequenti schemate exhibetur.



III. Oppositi propositionum exponibilium fiat in ea-
rumdem exponentibus; securus deceptio facilis erit. Cum autem exponentes omnium propositionum occulte compo-
sitaram sint copulativa, servanda erit etiam in istis
regula tradita in praecedenti documento. Maioris perspi-
cuitatis gratia, subiicio exempla in exclusivis.

Exclusiva exclusi subjecti.

Tuncum Deus est aeternus.

CONTRAD. *Vel Deus non est aeternus, vel aliquid aliud est aeternum.*

CONTRAR. *Deus non est aeternus, et aliquid aliud est aeternum.*

Non solus Deus est intelligens.

CONTRAD. *Vel Deus non est intelligens, vel nullum aliud est intelligens.*

CONTRAR. *Nec Deus est intelligens, neque aliquid aliud est intelligens.*

Exclusiva exclusi praedicti.

Petrus est princeps temporalis tantum.

CONTRAD. *Vel Petrus non est princeps temporalis, vel est princeps non temporalis.*


CONTRAR. *Petrus non est princeps temporalis, et est princeps non temporalis.*

Omnes sensus sunt perceptivi rerum dumtaxat materialium.

CONTRAD. *Vel aliquis sensus non est perceptivus, vel est perceptivus rerum immaterialium.*

CONTRAR. *Neque omnes sensus sunt perceptivi, et aliquis est perceptivus rerum immaterialium.*

141. De oppositione propositionum modalium. — Ut in praecedenti articulo notavimus, propria universalitas propositionis modalis est universalitas verborum seu temporis. Hinc facile erit detegere oppositionem in earumdem modis prout sequenti schemate exhibetur.



Hinc facilime habebis oppositionem in propositionibus modalibus, si earumdem dictum sit *singulare*. Quod si *dictum fuerit commune*, non unam sed plures contrarias habere poteris. Sic non modo sunt contrariae haec binae propositiones: *Necessae est omnem hominem esse aegrum*, *Impossibile est omnem hominem esse aegrum*; sed etiam istae aliae dueae: *Necessae est omnem hominem esse aegrum*, *Impossibile est aliquem hominem esse aegrum*. In hac re, omissionis alii quae confusionem ingerere possunt, optime regula est, ut inspicatur sensus, et videatur num reliquant, utimur necne.

142. De oppositione in propositionibus singularibus. — Quoad propositiones singulares, contradictoria facile obtinetur, ut iam notavimus, praefigendo negationem copulae verbali. Sic asserenti, *Hic homo*, h. e. *Petrus, est doctus*, contradicere dicendo, *Petrus non est doctus*. Id

etiam intelligendum de propositionibus, quae tamquam singulares censemur, ut quae subiecto constant, in cuius extensione non sunt inferiora, in quae resolvi queat; si ex. gr. non supponit nisi logice vel absolute, vel etiam disiuncte. Ceterum si subiectum sit suppositum quoddam singulare contentum sub termino communis, tunc poteris non modo contradictionem, sed etiam alias oppositiones in propositionibus singularibus obtinere. En schema.

<i>Hic homo, vg.</i>	A	contrariae	<i>E Nullus homo</i>
<i>Petrus, est</i>			<i>est doctus.</i>
<i>doctus.</i>			
	<i>CONTRA</i>	<i>DIC</i>	<i>TORIAE</i>
<i>subalternae</i>			
	<i>CONTRA</i>	<i>DIC</i>	<i>TORIAE</i>
<i>subalternae</i>			
<i>Aliquis homo</i>	I	subcontrariae	O <i>Petrus non est</i>
<i>est doctus.</i>			<i>doctus.</i>

143. De oppositione in propositionibus particularibus plurali numero prolati. — Ultimo loco quaeri potest, qua ratione obtineatur contradictionia propositionis particularis, cuius subiectum personaliter supponat pro pluribus, ut si dicas, *Aliqui Apostoli fuerunt proditores*. Huius profecto contradictionia non est haec, *Nullus Apostolus fuit proditor*: sunt enim ambae falsae. Respondeo, huiusmodi particularibus contradicci, si particula *non* praeponatur initio totius propositionis. Hinc contradictionia enuntiationis proxime allatae est haec, *Non aliqui Apostoli fuere proditores*. Sensus est, *Vel nullus Apostolus fuit proditor, vel certe nonnisi unus*.

ARTICULUS V.

De aequipollentia et conversione propositionum.

144. Quaenam enuntiationes censemur aequipollentes. — Aequipollentia propositionum generatim nihil aliud est, nisi plurium enuntiationum, aliquo modo diversarum, eadem vis in significando. Speciatim vero in praesenti a dialectice consideratur tantum in propositionibus oppositis, ac definiri poterit: *Duarum propositionum, ceteroque oppositarum, idem sensus ob negationem aliquam alterutri earum superadditam*. Sic dicuntur aequipollentes haec binae propositiones, *Nullus homo est doctus. Non aliquis homo est doctus*. Si demas negationem secundas propositionis superadditam, habebes duas propositiones contradictorias. Haec proprietas consideratur in dialectica, ut propositiones quedam ex obscuris evadant clariores, et facilius intelligatur qua ratione mutuo opponantur.

145. Dialecticae aequipollentiae regulae. — Ut patet ex definitione modo allata, haec proprietas immititur particularae *non* quae a dialecticis vocatur *malignantis naturae*, pro eo quod vim habet mutandi seu destruendi quantitatem et qualitatem signorum, quibus praefiguntur. Hinc facile deducuntur regulae dialecticae aequipollentiae.

1^a Reg. — Ut propositio contradictionia evadat aequipollens alterius, praeponenda est negatio subiecto seu integræ propositioni; sie enim immutabilis tum quantitas tum qualitas. Exempli sint haec duae propositiones contradictiones, *Nullus homo est doctus. Aliquis homo est doctus*. Si negationem praefigis priori dicendo, *Nonnullus homo est doctus*, habebis aequipollentem secundam: quod si hinc negationem praeponis dicendo, *Non aliquis homo est doctus*, habebis aequipollentem primam.

2^a REG. — In contrariis et subcontrariis postpone negationem subiecto; tunc enim afficiet solam copulam, ac propter ea sola immutabitur qualitas. Sic dicendo, *Nul-lus homo non est rationalis*, perinde est ac si dices, *Omnis homo est rationalis*.

3^a REG. — Subalternae denique evadunt aequipollentes, si negatio praeponatur simili ac postponatur subiecto. Exemplo sit propositio E, *Nullus homo est doctus*. Si negatio praeponitur subiecto, habebitur eius contraria dictoria I, videlicet, *Non nullus homo est doctus*. Sin vero, huius postremae propositioni subiecto postponitur negatio, habebitur eius subcontraria O, *Non nullus homo non est doctus*. Haec porro est subalterna primae propositionis (1).

146. **Aequipollentia modalium.** — Haec quae diximus, valent respectu propositionum simplicium de *inesse*. In coniunctis haec proprietas non multum habet utilitatis. Quoad modales vero duae sunt regulae.

1^a REG. — Eandummodum fiant aequipollentes, prout negatio eis praeponitur vel postponitur, servata regula nuper tradita. En schema.

A

Necesse est esse.
Non possibile est non esse.
Impossible est non esse.

E

Impossible est esse.
Non possibile est esse.
Necesse est non esse.

I

Possibile est esse.
Non impossibile est esse.
Non necesse est non esse.

O

Possibile est non esse.
Non necesse est esse.
Non impossible est non esse.

(1) Hae regulae ad memoriam iuvandam sequenti versiculo a dialecticis comprehendi consuerere.

Præ contradic., post. contra., præ, postque subalter.

2^a REG. — Quotiescumque sermo est de modalibus, quae constant dicto communi, ut haec fiant aequipollentes, necesse est, si fuerint *ex modo possibili*, dicta habeantur eadem, contradicant autem dictis enuminationum *ex necessario*. En schema.

A

Necesse est omnem hominem esse album.

Non possibile est aliquem hominem non esse album.

Impossible est aliquem hominem non esse album.

E

Impossible est aliquem hominem esse album.

Non possibile est aliquem hominem esse album.

Necesse est nullum hominem esse album.

I

Possible est aliquem hominem non esse album.

Non impossible est aliquem hominem esse album.

Non necesse est nullum hominem esse album.

O

Possible est aliquem hominem non esse album.

Non necesse est omnem hominem esse album.

Non impossible est omnem hominem non esse album.

147. **Quid propositionis conversio.** — Haec est tertia et ultima proprietas, quae a dialecticis consideratur in enuminatione. Sic porro definitur: *Unius propositionis ad alteram per terminorum transpositionem necessaria et formalis consequentia*; ut si dicas: *Omne animal est substantia*, *Ergo aliqua substantia est animal*. Hinc duo recurruntur, ut locum habeat: primo, ut praedictum fiat subiectum, et subiectum praedictum: secundo, ut qui concesserit primam propositionem, quae dicitur *conversa*, necessario debeat concedere et alteram, quae dicitur *conversens*, idque vi solius formae propositions. Ut patet, fundamentum huius proprietatis est ipsa relatio subiecti ad attributum seu praedictatum. Cum enim in qualibet enumi-

tiatione praedicatum vel subiecto identificetur vel ab eo distinguatur, omnis autem identitas et distinctio reciprocantur; hinc sine laesione veritatis subiectum in praedicatum, ac viceversa praedicatum in subiectum iure commutari queunt. Sedulo tamen curandum est, ut sensus ac extensio terminorum utriusque propositionis, conversae scilicet et convertentis, maneat immutata: secus nova quaedam identitas vel distinctio loco prioris obrudere. Nihil tamen vetat, quoniam termini in convertente minus late patentes, quam in propositione conversa: particulae enim continetur in universali, sicut propositio subalternata in subalternante.

148. **Quotuplex conversio dialectica.** — Duplex distinguui solet huiusmodi conversio, *simplex* et *per accidens*. Illa habetur, quando servatur eadem propositionis quantitas, ut si propositionis, quae converti debet, sit universalis vel particularis, universalis quoque vel particularis sit propositionis, in quam convertitur. *Conversio vero per accidens* habetur, cum mutatur propositionis quantitas, ut si propositionis conversa sit universalis, eius propositionis convertens evadat particularis. A nonnullis additur tertium genus conversionis, videlicet per *contrapositionem*, in qua retinetur propositionis quantitas, sed termini sunt infiniti, ut si dices: *Omnis homo est substantia, ergo omnis non substantia est non homo.* Sed hanc omissimus, utpote nullius fere utilitatis, ac praeterea nec definitio conversionis ei convenit, nec in rigore loquendo legitime concludit. Cf. De Benedictis. (*Philos.* tom. 1. lib. 1. q. 2. c. 6.)

149. **Regulae dialecticae conversionis.** — Hisce praesuppositis, facile stabili possunt leges seu regulae servandae in conversione peragenda.

1^a Reg. — In propositionibus simplicibus *de inesse*, *E* et *I* convertuntur simpliciter, *A* et *E* convertuntur *per accidens*. Ut enim supra exposuimus, praedicatum in omni et sola propositione negante distribuitur. Hinc legitimae sunt haec conversiones: *Nullus homo est lapis, ergo nullus lapis est homo: Aliquod animal est irrationale, ergo aliquod irrationale est animal: Omnis homo est sub-*

stantia, ergo aliqua substantia est homo: Nullus homo est lapis, ergo aliquis lapis non est homo.

2^a Reg. — In propositionibus simplicibus modalibus, earum dictum converti potest, prout habetur in regula praecedente, si sint ex necessario vel possibili affirmatis. En exempla: *Necessere est nullum hominem esse lapidem, ergo necesse est nullum lapidem esse hominem.* Vel etiam sic, *Necessere est omnem hominem esse animal, ergo necesse est aliquod animal esse hominem.* Idem perspicies, si loco modi *Necessere*, posueris *Possibile*. Ratio est, quia in huiusmodi conversione remanet eadem identitas vel distinctio, de qua affirmatur sive necessitas sive possibilis. Exclusimus autem ex hac regula modales ex modo negato, *Non necesse, non possibile seu impossibile*: quia esset falsa. Sic vera est sequens propositionis, *Non necesse est omne animal esse hominem: sed falsa evaderet, si sic converteretur: Non necesse est aliquem hominem esse animal.* Exclusimus etiam modales ex contingenti ad utrumlibet, quia neque huiusmodi conversio legitima foret. Sic male argueres sic: *Contingit aliquod animal esse sanum, ergo contingit aliquod sanum esse animal.* Cf. De Benedictis l. c.

3^a Reg. — Propositiones compositae non admittunt conversionem, nisi in simplicibus, unde coalescent. Ratio est manifesta. Sic propositionis haec, *Petrus et Paulus sunt docti, convertitur in hanc aliam, Aliquis doctus est Petrus et aliquis doctus est Paulus.*

4^a Reg. — In conversione peragenda debent retineri eadem proprietates terminorum tum in conversa tum in convertente. Secus variare sensus terminorum ac propinde consequentia desideraretur. Quare non est bona conversio, si dices, *Nullum mortuum est homo, ergo nullus homo est mortuus:* quia terminus *mortuus* in conversa sumiatur cum *statu*, in convertente autem *ampliative*.